

Aivaro et in Exavier, Sancia comitissa sorore regis presidente in Siresia, Arnaldus canonicus prior in Siresia.

Ego Eraldus, per iussionem domni mei regis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [signo] feci.

[1094-1096]¹

19

Arnaldo, abad de Siresa y escriba del rey Pedro, da a García la capilla de Santa Cruz para toda su vida, a condición de que pague un censo anual.

BN, ms. 746, fol. 130, núm. 48, copia del siglo XVII.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Arnaldus, Dei gratia abas Sirasensis et scriba curiae regis Petri de Aragon, cum consensu et voluntate clericorum ibidem Deo servientium, facio donacionem tibi domno Garcia de nostra capella de Sancta Cruce, ut habeas et possideas et teneas eam in omni vita tua, cum censu subscripto videlicet ut in media quadragessima Deo ac beato Petro ac clericis ibi Deo et sanctis ibi servientibus persolvas quatro et cinco nietro de vino et un salmo. Et si ingruente necessitate opus fuerit in illa domo de Siresa, aliquid de pane vel de vino, et in illa domo vestra superabundaverit, libenter et spontanea voluntate tribuas eis cum providencia prioris qui fuerit in monasterio illo.

¹ El documento carece de fecha. Como sólo aparecen abades en Siresa hasta el año 1134, y se cita al rey Pedro, se puede datar en 1094-1096. En 1096 aparece un Arnaldo como escriba de tal monarca. En 1097 ya se documenta al abad Jimeno.

[Hacia 1098]¹

20

Doña Toda, hija de doña Sancha, recibe del prior Sancho de Siresa una viña que había dado doña Sancha, para tenerla y cultivarla hasta el fin de su vida.

BN, ms. 746, fol. 125, núm. 26, copia del siglo XVII.

In nomine Domini Christi Salvatoris. Ego domna domna Dei Tota, filia domnae Sanciae, facio commutationem cum Sancio priore seu cum omnibus clericis Sancti Petri de Siresa de illa vinea quam dimisit mater mea altario Sancti Petri, ut in vita mea teneam illam, possideam illam et edificem et plantem, pro anima matris meae et pro mea anima seu parentum meorum, et post obitum meum sit Sancti Petri absque ulla calumnia.

Facta autem carta in festivitate sanctorum Iusti et Pastoris, testantibus cunctis qui ibi aderant, dominis scilicet nostri germani Eneco Fortunionis et Sancio Fortunionis et meo consanguineo Fortunio Eneconis.

Ego Fortunius Siresse scripsi rogatus ab omnibus clericis et militibus, omnes nos clerici Siresiae laudamus et confirmamus.

¹ Ver que se cita al prior Sancho, documentado ese año (doc. 22).